



## VIRI

GENEROSI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI,  
DOCTISSIMI,

PATRONI MAXIME COLENDI!

**A**more eius, quae me non genuit quidem, urbis, olim tamen nutrit et prima literarum rudimenta dedit, iam vero benigne susceptum fovet, et amat, et ornat, me captum esse, profiteor. Inde voluptate quadam insigni eius me dignitates, praeceptorum temporum memorabilia, laudesque ei debitae, memoria repetitae, permulcent. Zuiccaniam enim nostram, Misniae urbem adeo celebrem, ut quondam etiam Dresdae collata eique praelata fuerit, (a) virtutem bellicam praeo imprimis aetate strenue exercuisse, religionem sancte coluisse, literas graecas ac latinas egregie promovisse, monumenta historica produnt indubia et luculenta. Praeter has vero nostrae urbis laudes, in rebus quoque fori Zuiccaniensis iurisque historia plurima memoratu dignissima deprehendi exploranda, haec quam VOBIS trado, VIRI AMPLISSIMI, commentatiuncula brevibus expositura est.

A 2

Qua

(a) Id quod literae *αυτογε*. Valentini cuiusdam Hertelii, ad Stephanum nostrum

Roth scriptae et in Bibl. publica asseruatae cstantur.